

# APÉNDICE II

CIXILA, ARZOBISPO DE TOLEDO (745-754)

ELOGIO, VIDA Y MILAGROS DE SAN ILDEFONSO  
DE TOLEDO

*El texto transmite la edición del P. Enrique Flórez, España Sagrada, V, 485-490, copiado por la edición del Cardenal Lorenzana I, 96-99, donde se adicionan algunas variantes lecciones, de las cuales las únicas dignas de tenerse en cuenta son las del Códice emilianense, de El Escorial, pues las otras son interpretaciones y correcciones de los distintos editores. El relato se denomina: «Incipit vita vel gesta S. Ildephonsi, toletanae sedis metropolitani episcopi, a Cixilano eiusdem urbis episcopo edita».*

*Nos limitamos a transcribir el texto, dividido en párrafos, para la mejor inteligencia, pues no sólo tiene pasajes muy oscuros, sino que, además de la transmisión defectuosa de la narración primitiva, se han omitido algunas palabras. Sin embargo, no nos atrevemos a tocar la exposición, en espera de una muy necesaria edición crítica, si es que puede hacerse alguna vez.*

*Se adicionan unas notas, muy pocas, que precisen y expliquen el relato.*

## 1.—Prólogo.

Ecce dapes melliflui illius domini Ildefonsi, quas de Paradiso Dei rapiens, et per totam Hesperiam dispergens, inediam nostram ingenti satiavit eloquio. Non impar meritis sanctissimi illius domini Isidori, de cuius fronte adhuc clientulus purissimos latices bibit.

## 2.—Estancia en Sevilla.

Nam directus à Sancto ac Venerabili Papa Eugenio (1), Toletanae sedis Metropolitano Episcopo ad supradictum Doctorem Spalensem

(1) No hay duda de que se trata del primero de los Eugenio, que procedente del monasterio egaliense, rigió la sede toledana desde el 636 al 646. Por lo que después se dice y por exigencias cronológicas, pues San Isidoro murió el 636, la estancia de Ildefonso en Sevilla hubo de ser bastante anterior al episcopado de Eugenio.

Metropolitanum Episcopum, cum sibi jam sciolus videbatur adeò ab eo tentus, et elimatus est, et ut ferunt temporali ferro constrictus, ut si quid scientiae deerat, plenius instructus, ad pedagogum suum domnum Eugenium remeans.

### 3.—Abad del Monasterio Agaliense.

Non post multos dies adhuc Diaconij (2) officium paragens, in Ecclesia Sanctorum Cosmae et Damiani, quae sita est in Suburbio Toletano, Abba (3) praeficeretur. Ubi statim in officio clarens, duas Missas (4) in laudem ipsorum Dominorum suorum, quas in festivitate sua psallerent, miro modulationis modo perfecit: quas Missas infra adnotatas invenietis.

### 4.—Metropolitano de Toledo.

Deinde post multum tempus decedente domno Eugenio in Sede sua Episcopus (5) praeficitur: cujus statim virtus enucleata clarens in Sede Romulea refulsit, et veluti facula ardens, omnem suam Spaniam perlustravit: cujus doctrina usque hodie fulget Ecclesia ut Sol et Luna: cujus memoria in benedictione odoris, et in compositione incensi habetur. Qui ab ipsis cunabilis, et ab ineunte aetate eunuchus permanens magnum in se Domino habitaculum praeparavit: qui non manubrio materiali, sed divino secatus est gladio; nec ingenio ferramentorum resecavit libidinem, sed munere caelesti in se promeruit sanctitatem. Qui subito dono superno aflatus his tantis talibusque praedecessoribus suis aequiter clarens, quod illis clausum fuerat, isti reseratum est.

### 5.—Aparición de Santa Leocadia.

Sic enim habitator suus Spiritus Sanctus egit, ut quod iste celabat intus, ille patefaceret foris, ut utrobique adparatus adjutor fortissimus occurreret, ut isti ordinaret quid in laudes Virginum panderet; illi revelaret quid aliquid mirum in athletam ostenderet, unde fidei ejus meritum coram hominibus declararet; et laborantem in agone spirituali de donariis suis non evacuaret. Sic enim egit, ut quod per tot annos populis

(2) Según testimonio de S. Ildefonso, *De viris illustribus* c. VIII, fué ordenado diácono a su regreso al monasterio en los últimos años de San Eladio († 633).

(3) El periodo abacial de S. Ildefonso debió extenderse durante veinticuatro años, sucediendo a Justo, elevado a la sede toledana el 633. Así coinciden con los datos las expresiones, de que *non post multos dies* de su vuelta de Sevilla fué nombrado abad, cargo que ejerció *multum tempus*.

(4) Todavía no se puede dar una traducción indiscutida a la palabra «missa» de los textos visigodos (Conf. FEROTIN, *Le «Liber Mozarabicus»...*, col. 754-755). De hecho los manuscritos mozárabes hoy existentes tan sólo han transmitido una *missa en honor de Santos Cosme y Damián* (FEROTIN, *ibid.*, 453-458), entendiéndola palabra en el sentido que actualmente tiene.

(5) Fué elegido obispo el 657, a la muerte de Eugenio, el segundo de la época visigótica (646-657).

desiderantibus necdum ostensum fuerat illis, isti patefaceret primum, et Reliquias Sanctae ac Deo dicatae Virginis et Confessoris suae Leocadie (6), adveniente in Sede Regia sua festivitate omnibus adstantibus praesentasset et ante sepulchrum ejus genibus provolutus, tumulus in quo sanctum ejus corpusculum usque hodie (7) humatum est, exiliret et operculum quod vix triginta juvenes movere possunt, non humanis manibus, sed Angelicis elevatum, Velum quod Sanctae Virginis membra tegebat vivens, foris submitteret, et veluti manibus hominum extensum conspectui ejus Virgo pulcherrima obsequens adventaret, clamantibus Episcopis, Principibus, Presbyteris ac Diaconibus, Clero, atque omni populo DEO GRATIAS IN CAELO, DEO GRATIAS IN TERRA nemine tacente. Ipsa verò manibus statim complexans et adstringens talia fertur depromere vota, vociferans cum omni populo, et clamans: DEO GRATIAS. VIVIT DOMINA MEA PER VITAM ILDEFONSI, et ipsum retexens Clerus vehementer psallebat *Alleluja*, et Canticum quod ipse dominus Ildefonso nuper fecerat: *Speciosa facta est, Alleluja: odor tuus velut balsamum non mistum* (8) et alia quae in ipsa Missa quae subter est adnotata in laude ejus deprompserat.

Clamabat inter voces populi velut mugiens, ut aliquod incisorium deferrent, unde quod manibus tenebat praecideret, et nemo illi accurrebat, quia Populus vastis ictibus rictibusque frendebat. Nam et Sancta Virgo quod voluntate submiserat, ut desideria crescerent, violenta retrahebat. Sed Princeps quondam Recesvinthus, (9) qui ejus tempore erat, gloria et ferocitate terrena deposita (qui eum ob iniquitates suas increpatas superbo oculo intuebatur) cultrum modicum, quem in theca tenebat cum lacrymis offerebat, et collo submisso, supplicibus manibus à throno suo extensis, ut eum illi deferrent instantius deprecabatur: postulans, ut indignum non judicaret sua cum lacrymis offerentem. Quem ille adprehendens quod manu laeva jam modicum tenebat, dextra praecidit, et Cultrum ipsum una cum eisdem Reliquiis in thecis (10) argenteis conlocavit; indignum judicans, ut qui Sancta praeciderat,

(6) La festividad de esta virgen y mártir toledana está fijada indiscutiblemente por todos los calendarios el 9 de Diciembre.

(7) Todavía durante el pontificado de Cixila (745-754), se encontraba el sepulcro de la Santa en la basílica cementerial, sita extramuros de Toledo, donde hoy se encuentra emplazada la ermita del Cristo de la Vega. El traslado de sus restos a Oviedo hubo de verificarse durante la dominación de Abderramán I (756-788),

(8) El *Antiphonarium mozarabicum* (edic. en León, 1928) pág. 19 transmite la antifona y el responsario de la siguiente forma: *Ant. Speciosa facta es, alleluia, et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata, alleluia, alleluia. Vr. Lauda Jherusalem.—Resp. Speciosa et decora facta est, dicit Dominus; et odor tuus velut balsamum non mixtum, alleluia; facies autem tua sicut sol splendens in ortu suo, alleluia...* Esta es una sola de las antifonas del oficio litúrgico en honor de la Santa, que puede verse completo, *ibid.*, 18-20, en FEROTIN, *Le Liber...*, 42-45, VIVES, J., *Oraacional visigótico*, Barcelona, 1946, 39-49. Según se desprende del texto, parece que San Ildefonso es el autor del oficio y misa.

(9) Recesvinto reinó desde el 653 al 672.

(10) Sobre la tradición catedralicia de ambas reliquias, conf. APÉNDICE I, núms. 72 y 75.

polluta ultra tangeret: sed coram requirenti munus, quantum valebat vicario jure praecepit impendi. His peractis, quia longum est ista omnia enodari; cuncta quae usui pertinebant Sanctae Catholicae Ecclesiae in Dei laudibus usquequaque completa sunt.

## 6.—Otros milagros.

His excursis alia adhuc miracula Spiritus Sanctus per eum in ipso Dominico adventu non post multos dies peregit. Sed quia omnia longa sunt recenseri quae ejus temporibus in Toletana Urbe domnus Urbanus, et domnus Evantius (11) per eum facta narrabant, vel ex multis pauca progrediamur quia qui mecum hoc audierunt, cum haec legerint dolebunt praetermississe me tam multa et magna, quae utique mecum sciunt.

## 7.—La Descensión de la Madre de Dios.

Superveniente verò die Sanctae et semper Virginis Mariae, (12) ante tres dies Letanias (13) peregit, et Missam superscriptam, quae in ejus laude decantaretur perfectit, quae est septima. (14) At ubi venum est in ejus sanctam solemnitatem, supradictus Rex minus de timore Dei sollicitus, et de suis iniquitatibus male conscius, ad audienda solemnia Regali de more paratus accessit.

### a) Preparación de la solemnidad del 18 de Diciembre.

Nam servus Dei Ildefonsus majori adhuc munere fretus, dum diem Dominae suae, cui Deo Praesule serviebat, ovans susciperet, et in laudem Genitricis Dei hoc quod supra praenotavimus summo cum cordis affectu harmoniae modulatione composita appareret, et Libellum Virginitatis more Synonymiae testimonii Veteris ac Novi Testamenti plenum compe ederet, et digna facundia magnificentiam jam praefatae Dominae suae exornaret.

(11) Véase lo que en el estudio se dice de ambos eclesiásticos toledanos.

(12) *Dies Sanctae Mariae* es la designación litúrgica de la fiesta del 18 de Diciembre, instituida en el Concilio X de Toledo, como desdoblamiento de la del 25 de Marzo. En modo alguno se puede admitir que se refiera a la festividad de la Asunción.

(13) El triduo de letanias, aquí mencionado, es independiente de la solemnidad mariana visigótica del día 18 de Diciembre. Fueron mandadas en el Concilio IV, del 638, veinte años antes de que se instituyera la fiesta del 18 de Diciembre. En el canon I del citado Concilio IV se dice: «...a die iduum Decembrium litaniae triduo ubique annua successione peragentur... Quod si dies dominica interceserit, in sequenti hebdomada celebrantur...» Los días 13, 14 y 15 debían ser por tanto los de las letanias; sin embargo, aquí se insiste en que las letanias tuvieron lugar el 15, 16 y 17, sin duda por haber coincidido en el año a que se refiere el hecho un domingo en aquellos días. Estudiando tal eventualidad sobre los años del pontificado de San Ildefonso, el 665, en que el 14 fué domingo, es el que más se adapta, habiéndose tenido que celebrar las letanias el 15, 16 y 17.

(14) De nuevo surge el interrogante con la palabra «missa». Aquí, sin embargo, parece que debe traducirse por «lectura». El libro ildefonsino *De Perpetua Virginitate* se venía utilizaban-

b) *El milagro.*

Dum ante horas matutinas solito more ad obsequia Dei peragenda conurgeret, ut vigilias suas Domino consecraret; Diaconus vel Subdiaconus, atque Clerus ante eum cum faculis praecedentes; subito ostia atrij aperientes, et Ecclesiam intrantes, atque in splendore caelestis oculos defigentes, lumen quod ferre non valuerunt, cum tremore fugientes, lampades quas manibus tenebant reliquerunt, et sua vestigia per quae venerant adeuntes propè mortui reversi sunt ad sodales. Sollicitè omnis congregatio requirens quid Dei servus ageret, cum Angelicis choris viderunt: quod tam subito expaverunt custodes, ut terga ab ostio Ecclesiae dantes, reverterentur ad proprias Sedes.

c) *Donación de la sagrada vestidura.*

At ille sibi benè conscius ante Altare Sanctae Virginis procidens reperit in Cathedra eburnea ipsam Dominam sedentem, ubi solitus erat Episcopus sedere et populum salutare (quam Cathedram nullus Episcopus adire tentavit, nisi postea dominus Sisibertus, (15) qui statim Sedem ipsam perdens, exilio relegatus est) Et elevatis oculis suis suspexit in circuitu ejus, et vidit omnem absidem Ecclesiae repletam virginum turmis de Canticis David admodulata suavitate aliquid decantantes. Aspiciensque in eam (ut ipse sibi benè consciis, et bene charissimis referebat) sic eum adloquuta est voce: *Propera in occursum Serve Dei charissime, accipe manusculum (16) de manu mea, quod de Thesauro filij mei tibi adtuli: sic enim tibi opus est, ut benedictione tegminis quae tibi delata est, in meo tantum die utaris: et quia oculis fidei fixis in meo semper servitio permansisti, et in laudem meam diffusa in labiis tuis gratia tam dulciter in cordibus fidelium depinxisti, et vestimentis gloriae jam in hac vita orneris, et in futuro in promptuariis meis cum aliis servis filij mei laeteris.*

Et haec dicens ab oculis ejus una cum Virginibus, et luce qua venerat, remeavit. Remansit Dei Servus in tantum sollicitus de adipiscenda gloria, quantum perspicuus de sibi donata palma victoriae.

*Explicit.*

---

do para lectura litúrgica del oficio del 18 de Diciembre, dividido en siete trozos. El ms. 35-7 de la Catedral de Toledo, s. IX-X, lo tiene partido en seis, añadiéndose después un *sermo*, de la misma impronta literaria, que comienza con *Exhortatur nos Dominus* y que figura entre los atribuidos al santo arzobispo. La coincidencia del texto, que comentamos, con la distribución del ms. aducido, nos hizo pensar que San Ildefonso fué realmente su autor. Conf. nuestro artículo en *Revista Española de Teología* 6 (1946) 573-588. En tal caso, este *sermo* sería la «missam... quae est septima».

(15) Sisberto, sucesor de San Julián en 690, fué depuesto en el 693 por el Concilio XVI de Toledo.

(16) Sobre el regalo celestial traído por la Madre de Dios a su fiel siervo, conf. APÉNDICE I, núm. 76.